

5 *Sed quid sit solummodo dixit, quod volebat valere in vim codicillorum, vel cuiuscunque vltimæ voluntatis.* Quamquam Clarus hic, & nonnulli alij quos refert, & sequitur Fachin. lib. 5. controuers. iur. c. 64. opinantur, in proposito casu valere à filio relictum in vim donationis causâ mortis: contrarium tamen non leuibus rationibus tuerentur Speculator in tit. de instrumentor. edit. §. compendiose, vers. quid si filius. Couar. in dict. rubric. de test. par. 3. num. 10. Grassus prædicta q. 3. num. 5. vers. sed contrarium, &c. & Pifo d. c. 4. num. 8. vbi subiungunt, vsque adeo expressam, & specialem permissionem requirit in donatione causâ mortis, filij familias; vt, si quis generaliter concedat filio suo, quod donare possit: non tamen propterea donare causâ mortis valeat, per textum apertum in l. filiusfamilias 7. §. sed enim, 5. ff. de donationibus. Enimvero ¶ hoc quoque non ignorandum: quod ille consensus, per patrem præstari queat; vt post Antonium de Tre molis in addit. ad præf. Bonacur. annotarunt Grassus d. q. 3. in fine, & Thadeus Pifo d. c. 4. num. 8. in fine.

7 Addenda hic illa quæstio est: si ¶ pater filio familias mortis causâ donant, consenserit; an postea penitere, consensum retrahere, & donationem mortis causâ à filio factam reuocare possit? Ita sane plerique tradunt, in tantum, vt pater non solum viuente adhuc filiofamilias, sed etiam post mortem eius donationem reuocare possit. Bald. in l. senium, 3. C. qui test. fac. poss. n. 3. et in l. i. C. de sacros. Eccles. nu. 54. cum seqq. Petr. Peckius in tract. de test. coniug. lib. 1. c. 18. nu. 3. & lib. 3. c. 3. nu. 2. Rolandin. Passager. in tract. de mori. caus. donat. n. 27. Domin. Cardin. Tuscus præf. conclus. 706. Ioan. Dilect. Durantes in tract. de arte testandi tit. 1. caut. 1. nu. 4. Thadeus Pifo d. lib. 4. c. 4. n. 9. vers. ego pro resolutione, &c. vbi, post alios, distinguendum esse existimat. Verum alij indistincte putant, quod pater semel consentiens penitere, & donationem mortis causâ per filiumfamilias factam reuocare nequeat. Et quidem, mortuo filio, res minori dubio laborat: quoniam hæc donatio mortis causâ statim morte solius filij confirmatur: nec opus est, vt etiam pater moriatur, per notata Accursij in l. nec fratris, 3. C. de donationib. caus. mor. Bartoli in l. qui pretio, 8. ff. eod. num. 3. & 6. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. lib. 2. tit. de instrum. edit. §. porro 14. num. 1. lit. C. Rolandin. Passager. in tract. de mort. caus. donat. num. 16. ibi, iuxta præmissa quæro, &c. Si igitur morte filij confirmata erit; nec per patrem, vel per quemcunque alium reuoca-

Q V A E S T I O VII.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Vsurarius manifestus an possit donare causâ mortis. Ex Additionibus.
- 1 An, & quatenus vsurarius manifestus mortis causâ donare possit, diuersè referuntur opiniones.
- 2 An, & quatenus cæcus mortis causâ donare valeat.
- 3 Donatio mortis causâ ad exemplum legatorum redacta.
- 4 Quatenus cæcus legata relinquere queat.
- 5 Cæcus contrahere, & inter viuos donare potest.
- 6 Donatio mortis causâ quatenus contractum assimiletur.

ri poterit. Idem dicendum videtur, si filius adhuc viuat: qui scilicet pater donationem reuocare non valeat: sed reuocandi potestas ad totum filium spectat. Tum, quod per eiusmodi consentum filiofamilias semel sit ius quæsitum, argum. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. d. l. filiusfamilias, 7. §. par. 4. & seq. ff. de donat. Ius ¶ autem alicui semel quæsitum, ei inuito aufertur nequit, l. id quo nostrum, 11. ff. de reg. iur. Tum quod ille, cuius consensus ad aliquem actum requiritur, si semel consentit, consentum reuocare non possit: id quod aliquot exemplis declarat, probatque Berlichius d. par. 3. conclusio practica bil. conclus. num. 25. vbi circa finem subdit, ita et in terminis statuere Ioan. nem Andrea in d. addit. ad Speculat. lib. 2. par. 2. tit. de instrum. edit. §. porro, 14. n. 1. sub lit. C. post principium.

10 At quid, si ¶ filiusfamilias sine consensu patris, mortis causâ donauerit, & postea pater præmoria tur: an hæc donatio per mortem patris conuallidetur, absq; eo, quod filius de nouo mortis causâ donet? Quod affirmandum censent Bald. in d. l. 1. C. de SS. Eccles. nu. 65. Petrus Paul. Paris. in addit. ad Bart. in dict. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. num. 6. lit. D. post prin. & Berlichius d. conclus. 1. num. 26.

11 Amplius dubitatur de minore, ¶ curatorem habente, an ille absque huius consensu, & auctoritate donationem mortis causâ in aliquem conferre queat? Quod licet neget Baldus ad tit. 53. de pace tenenda inter subditos, §. item sacramenta, lib. 1. feudor. Alexand. ad l. 2. nu. 15. ff. de legat. 1. & Socinus Iunior ibidem nu. 62. attamen affirmantium sententiam veriorē esse reor: tum quia ¶ pubes siue minor testamenti factionem habet, l. à qua ætate, 5. ff. qui test. fac. 13. post. l. si frater, 4. C. eod. Qui autem potest ¶ testari, is etiâ mortis causâ potest donare, l. Marcellus, 15. & d. l. tam is 25. ff. de mort. caus. donat. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rationib. detrahen. Tum 14 quia is, qui ¶ mortis causâ ponat, non obligatur donatario: sed donationem hanc quouis tempore reuocare potest, l. mortis causâ, 16. & l. qui mortis 30. ff. de mortis caus. donat. & indicabitur infra q. vlt. Atq; huic conclusioni subscribunt Baldus sibi contrarius in l. si curatorem, 3. C. de in integr. restitut. minor. Roderic. Zuates alleg. 20. num. 1. Michael Grassus in d. §. donatio causâ mortis, q. 4. eodq; referens D. Bocero in Comment. de donationib. c. 5. num. 31. Quibus adijciendus quoque est Thadeus Pifo dict. lib. 4. variat. resolut. cap. 4. num. 12. & Fachineus d. lib. 5. controuers. iur. capit. 61. vbi plures pro vtraq; parte citat. Harpre.

AD

ADDITIONES.

a Vsurarius manifestus. Adde, quod vsurarius manifestus tunc dici potest, quando in iudicio illud crimen fuerit confessus, gloss. in cap. 1. in versic. manifestos, quam communitè omnes sequuntur, de vsur. in 6. quod amplia, etiam si in confessione dixerit se simpliciter vsurarium; secundum Franc. ibi, & ita etiam tenet Abb. Ant. de Bur. & alij in cap. qui omnibus, de vsur. Noa tamen, quod testes singulares nõ probant quem vsurarium manifestum, secundum Abb. in cap. cum in diceci, vbi hanc dicit communem, de vsur. Goucan.

b Videtur tenere, quod sic. Quod ¶ manifestus vsurarius mortis causâ donare nõ prohibeatur, præter Baldum, Franciscum, & Couar. hic relatos, tenent Imola, & Romanus in leg. tam is, 25. ff. de mort. caus. donat. Tiraq. in tract. de legib. conubial. gloss. 5. verb. contrahet. num. 77. Petrus Heigius part. 2. q. 17. num. 43. Probus ad cap. quamquam sit cap. vltim. de vsur. in 6. num. 15. hosque laudans Matthias Berlichius part. 3. conclus. practica bil. conclus. 1. num. 27. Idemque scribunt Angelus in sua disput. quæ incipit, Astenis miles, q. 4. Castrens. conf. 160. lib. 1. Decius conf. 176. Capra conf. 92. & Guilhelm. de Bened. in cap. Rainutius 16. de test. in verb. testamentum, &c.

Contrariam tamen sententiam. Quod vsurarius manifestus donationem causâ mortis, præsquam præstitit cautionem de restituendo vsuras idoneâ, facere minime possit, vltra Clarum nostrum, & alios, quos hic allegat, concludit Baldus (pari sibi constans) conf. 294. num. 1. & seq. vol. 2. Lupus allegatione 125. Laurent. de Rodulphis. in tract. de vsur. q. 100. Ioannes Anania in cap. quia in omnibus, 3. col. 16. de vsur. Philipp. Francus ad rubr. de test. lib. 6. num. 34. Socin. Iunior in l. 2. num. 22. & 25. ff. de legat. 1. Domin. Cardinal. Tuscus practica bil. conclus. 662. nu. 2. & seq. littera D. tom. 2. D. Bocero in cõmentar. de donationib. cap. 5. nu. 32. Michael Grassus lib. 2. recept. sent. §. donatio causâ mortis, q. 5. Natta in l. hac consultißima, 21. §. ex imperfecto, 1. nu. 45. C. de test. Hippolyt. Riminald. ad princ. Instit. de donat. num. 1721. Petr. Nicol. Mozz. in tract. de donat. tit. de perso-

Q V A E S T. VII.



ta forma cap. quamquam. de vsur. in sexto, vt dixi supra lib. 3. §. testamentum, quæst. 26. nunquid poterit donare causâ mortis. Respond. varia sunt in hoc articulo opin. Doctõrum Nam Bald. in leg. executorem, numer. 11. C. de execut. rei iudic. videtur tenere, b quod sic (licet se tremulenter id asserere dicat, & supponat se iudicio sanctæ Ecclesiæ) & ascribit, quod multi valentes Doctores venerabilis Collegij Mediolanensis pro hac parte consulerunt; quam dicit sibi videri magis communem Ripa in l. 2. num. 7. ff. de leg. 1. quem refert Didacus in Rubr. de test. in 3. parte numer. 11. Contra-

nis, inter quas cadere possit donatio. num. 28. Andr. Fachineus lib. 5. controuers. iur. cap. 62. Thadeus Pifo lib. 4. variat. resolut. cap. 4. num. 13. & Nicol. Reuffer. in tract. de iure testamentor. part. 2. cap. 47. num. 9. Eandem rem explicui paulo vberius ad §. 1. Instit. de donat. num. 46. & seqq. vbi num. 52. limitationem in Iudæo fenentore exposui.

Ad hoc loco quæstio poterit de cæco, an iste ¶ mortis causâ donare queat absque solemnitate l. hac consultißima, 8. C. qui testament. fac. poss. Quod licet affirmet Romanus in d. l. tam is, 25. §. 1. ff. de mort. caus. donat. Bald. & Fulgos. in l. fin. C. eod. Pifo dict. cap. 4. num. 17. & hanc communem esse opinionem asserit Riminald. ad d. princ. tit. Instit. de donationib. num. 1767. atque ab ea non esse recedendum existimat Michael Grassus lib. 1. receptar. sentent. §. donatio causâ mortis, q. 7. in fine. attamen negatiue sententia nõ inepte patrocinantur Ruinus in d. l. 2. ff. de legat. 1. & D. Bocero prædicto c. 5. num. 35. Donatio ¶ siquidem mortis causâ ad exemplum legatorum redacta esse fert per omnia, §. 1. vers. hæc mortis causâ. Instit. de donationib. l. Marcellus 15. in fine l. illud generaliter. 37. ff. de mort. caus. donat.

1 l. vltim. ibi, omnes mortis causâ donationes, C. eodem, Atqui ¶ cæcus legata relinquere non potest, nisi obseruata solemnitate dictæ l. hac consultißima, 8. vers. Quæ in eundem modum, &c.

2 C. qui testament. facer. poss. Non obstat, quod ¶ cæcus contrahere possit, & donare inter viuos: donatio autem mortis causâ, quoad initium, similis sit magis contractui, quam vltimæ voluntati. Cum enim isthæc testamentaria solemnitas, introducta sit, ne cæcus ob vltimæ de factum decipiatur: multo magis in donatione mortis causâ exigatur ea solemnitas: cum cæcus in illa agat cum eo ipso, qui lucrum ex donatione percepturus est. Et quamuis donatio ¶ mortis causâ, quoad initium, contractui magis, quam vltimæ voluntati, similis videatur; cum consensus donantis, & donatarij mutuo constet: quia tamen consensus hic donantem non obligat, & potius vis, ac effectus negotij huius spectandus est, & ex eo genus ipsius æstimandum: vltimæ voluntati, legata scilicet, magis accedit, quam contractui, docente D. Bocero loco præallegato. Harpre.

Ex Additionibus.

- 1 Cur simplex donatio inter patrem, & filiumfamilias non valeat, multiple ratio.
- 2 Pater & filius vna eademq; persona censetur.
- 3 Quicquid filiusfamilias acquirit, patri acquirit.
- 4 Nemo sibi ipsi donare potest.
- 5 An summus Princeps filiofamilias recte donet.
- 6 An remuneratoria donatio patris in filiumfamilias facta subsistat.
- 7 An merita per filium probanda sint.
- 8 An item merita rei donatæ æquialere debeant.
- 9 An, & quatenus pater donare filio possit causa studiorum, remissive.
- 10 An regulariter filius sumptus studiorum à patre concessos, itemque libros emptos conferre teneatur.

AN

Q V A E S T I O VIII.

S V M M A R I A

Ex Claro.

- 1 Pater an possit donare filio in potestate.
- 2 Et an in remunerationem meritorum.
- 3 Et an requiratur, quod merita æquialent donationi.
- 4 Et quid si non æquialent in totum, sed excedant dimidium eius, quod donatur.
- 5 Et an valeat donatio facta per patrem filio in præmium emancipationis.
- 6 Et an ex causa studij.
- 7 Et an donatio facta à patre filio morte confirmetur.
- 8 Et an confirmetur iuramento.



- 11 An pater ad subministracionem sumptuum studiorum causa à filio cogi possit.
- 12 Nonime alimentorum quid veniat.
- 13 Filio iure naturæ alimenta debentur.
- 14 Sententia l. de bonis. 6. §. non solum. 3. ff. de carbon. edict.
- 15 Consideratio l. Macedoniam. 5. C. ad SC. Macedonian.
- 16 Expositio litem si filius familias. 7. §. quod dicitur. 13. ff. d. titul.
- 17 Pater filium dotare tenetur.
- 18 Civitas liberis hominibus replenda, maxime eruditis.
- 19 Laus, & utilitas sacrosanctæ Theologie.
- 20 Elogium, & necessitas nobilissimæ Iurisprudentiæ.
- 21 Præconium saluberrimæ Medicinæ.
- 22 Encomium Philosophiæ.
- 23 Respublica absque viris eruditis diu consistere nequit.
- 24 Patres, filius necessarios sumptus denegantes, iure canonico excommunicantur.
- 25 Testimonia Iuris divini.
- 26 Testimonia Ethnicorum.
- 27 Refutatio contrariorum.
- 28 Ius patrie potestatis in pietate potius, quam atrocitate, consistere debet.
- 29 Filij ad indignationem, aut iracundiam non pronocandi.
- 30 Patri moderata quadam liberorum castigatio mandata ac permissa.
- 31 Filius contumax, ac protervus lapidibus obruendus.
- 32 Sententia l. si filius. 3. C. de patr. potest.
- 33 Quo casu pater impune occidi à filio possit.
- 34 Periculis egegiū dictum.
- 35 Quousque parentibus obtemperandum.

- 36 Interpretatio l. quæ pater. 50. ff. famil. eriscund.
- 37 Eadem solutio non potest parere duos contrarios effectus.
- 38 Donari quid dicatur.
- 39 Ex qua causa pater ad subministracionem sumptuum in studia filij impendendorum, obligatus censetur.
- 40 Ex naturali obligatione nulla oritur actio.
- 41 Quo remedio pater ad sumptus studiorum causa suppeditandos compellatur.
- 42 Iudicis officium qui implorare potest, actionem habere dicitur.
- 43 Pater, qui dotem dat, naturale debitum exsoluere putatur.
- 44 Meus, & intellectus l. omnimodo. 30. §. imputari. C. de inoffic. testamen.
- 45 Probabile argumentum ab armata militia ad legalem.
- 46 Militia pro officio quodam in iure accipitur.
- 47 Intellectus l. vltim. ff. de heredit. petit.
- 48 Honos alit artes.
- 49 Quibus casibus pater à filio ad subministracionem sumptuum studiorum causa cogi nequeat.
- 50 Donatio à patre in filium familias facta confirmatur tum morte ipsius patris, tum tacita ratihabitione patris post filij emancipationem.
- 51 An donatio isthæc confirmetur iureiurando patris.
- 52 Quod filius familias acquirit, patri acquiritur, licet obligatio sit.
- 53 Inter patrem, & filium lis nulla esse potest.
- 54 Iuramentum est accessio donationis, qua non subsistente, nec ipsum iuramentum subsistit.
- 55 Quod vna via prohibitum est, alia permitti non debet.
- 56 Sensus l. cum pater. 77. §. filia matrem. 23. ff. de legat. 2.
- 57 Intellectus Auth. sacramenta puerum. Cod. si aduers. vendit.

ADDITIONES.

**R**egulariter donatio inter patrem, & filium nihil valet. Ratio, cur simplex donatio inter patrem, & filium familias non valeat, est persona: tum quia pater, & filius vna eademque persona censentur l. vltim. in fin. Cod. de impuber. & al. substitutionib. Tum quia quicquid filius familias acquirit, id de iure patrie potestatis patri acquirit, l. 1. ff. si quis à parent. fuer. manumiss. & l. placet. 79. ff. de acquir. vel omitt. heredit. Non ergo donatio subsistere potest: quia nemo sibi ipsi donare potest, leg. si quis pro eod. 56. §. 1. ff. de fideiusfor. & quia differentia esse debet inter dantem, & accipientem argum. dict. l. si quis. 56. §. 1. ff. cod. quia denique eo momento, quo rei donata dominium transit in filium, id mox ad patrem reuertitur. dict. l. placet. 79. ff. de acquir. vel omitt. heredit. D. Obrecht. in economia donationis. disputat. 1. th. 225. cum sequentib. & arguit hic nosser Clarus. Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 38. num. 2. & seq. Ioan. Gutierrez in tract. de iuramenti confirmat. par. 1. capit. 4. Menoc. de præsumptionib. lib. 3. præsumpt. 29. num. 2. & seq. Enimvero summum principem filiofamilias recte donare censent Oldradus conf. 231. Arctin. in dict. l. placet. 79. ff. de acquir. vel omitt. heredit. Roman. consil. 456. Gail. d. obseruat. 38. nu. 16. D. Bocer. in Commentar. de donatio-

QVÆST. VIII.



**V**ero, nunquid pater possit donare filiofamil. in eius potestate existenti? Respond. quod regulariter donatio inter patrem, & filium nihil valet. Text. est in l. donationes, quas parentes. C. de donatio. inter vir. & vxor. & hæc opin. communiter per Doctores approbatur, vt dicit Alber. in l. si pater circa pri. C. de inoffic. testam. Illam etiam dicit esse communem Paris. cons. 16. num. 19. lib. 2. Cum enim regulariter, quidquid acquirit filius, acquirit patri, impossibile est iuris impossibilitate, quod pater aliquid donare possit filio, ita vt dominium in illum transferatur, cum neque momento apud ipsum remanere possit, sed omnino sit in ipsum patrem donantem illico reuersurum.

nib. c. 3. nu. 6. Menoch. d. præsumpt. 29. nu. 97. & alij. ab eo relati. At verius videtur, hunc casum à supetiori regula inepte excipi. Nam in regula de donatione patris, & filij agitur. Hic autem tractatur de donatione Principis erga filium, & quidem vt Principis; non patris, erga filium. Non ergo est exceptio pertincens: cum plane à regula sit aliena vt post Riminaldū iun. ad §. 1. Inst. de donationib. nu. 62. docuit D. Obrechtus d. disp. 1. th. 230. & seq. Harprec. b. Si filius in patrem aliqua beneficia contulerit. Remuneratoriâ donationem patris in filium familias factam valere, vltra Clarum nostrum, & per eum adductos hoc loco, scribunt Bart. n. 57. Ioan. Baptista à Sancto Seuerino n. 64. Crotus num. 76. Corasius n. 49. & Cagnolus n. 319. in l. frater à fratre. 38. ff. de condi. indeb. Gail. d. obser. 38. nu. 5. Roland. à Valle conf. 98. nu. 48. lib. 1. Tiraquel. in l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. numero 20. C. de reuocand. donat. & Fachineus libro tertio cōtrouers. iur. cap. 74. Tametsi hanc receptissimam sententiam speciosis argumentis impugnet Menochius d. lib. 3. præsumpt. 29. num. 4. cum seqq. Arius Pinelus in l. 1. par. 3. n. 62. C. de bonis matern. & in l. 2. par. 1. cap. 4. num. 4. C. rescind. vendit. Lancelot. Polit. in repetit. l. filium quem. 24. C. famil. erisc. cap. 12. col. 1. vers. secunda conclusio, & Arumæus Exercit. Iust. in. 6. th. 13. D. Obrecht. dict. disput. 1. th. 239. cum seqq. & disput. 5. th. 159. & seqq. Harprec.

Sed

**S**ed merita ipsa probanda sunt per filium. Hac de re adde videndum Bartolum in d. l. frater à fratre. 38. num. 57. ff. de condi. indeb. Mynsinger. cent. 4. obser. 75. Ioannem Gutierrez. dict. tract. de iuramenti. confirmat. part. 1. cap. 5. num. 2. cum seqq. Menochium d. præsumpt. 29. nu. 24. cum seqq. Tiraquellum in dict. l. si vnquam. 8. verb. donatione largitus. nu. 71. & multis seqq. C. de reuocand. donationib. & D. Collegam Bocerum d. commentar. de donationib. cap. 3. nu. 15. circa finem. & cap. 13. num. 10. & 14. Harprec. d. Requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi. Vt valeat remuneratoria patris in filium familias facta donatio, inter cetera requiritur, vt merita rei donata æquiualeant; quemadmodum tradiderunt Bartol. in d. l. si quis pro eo 56. §. 1. ff. de fideiusfor. Deicius in l. petens. 17. nu. 16. C. de pact. & in l. si donatione. 13. num. 16. C. de collationib. Ruin. consil. 60. num. 16. lib. 3. Ioann. Lopes in rubr. extr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. num. 29. & alij. quos refert Menochius d. præsumpt. 29. nu. 21. & seqq. Hucque pertinent, quæ annotauimus supra ad q. 3. num. 5. & seq. Harprec. c. Libros. Et de libris emptis per patrem filio Donatori, & ei traditis, quod non imputentur in legitimâ, crebrior est DD. sententia, vt per Roland. in consil. 12. dixi in collecta mea cōmun. opin. in verb. liber. num. 9. Et de libris emptis filio scholari, qui postea studium compleuit, & doctoratus insignia adeptus fuit ante mortem patris, quod haud computentur, cōmune post Alexand. conf. 142. num. 25. volum. 2. & Roland. eod. cōs. 11. in 2. dub. lib. 2. dixi in d. collecta mea cōmun. opin. cod. loco nu. 10. Et regulam, quod filius scholaris haud teneatur libros à patre traditos post eius mortem conferre cum fratribus, sed habeat illos præcipuos: vide per Duen. in reg. 371. Et de libris emptis, & traditis filio Licentiatō ante mortem patris, quam similiter non computentur, dixi vbi supra num. 1. Et idem de libris emptis, & traditis filio clerico, cōmune; post Roland. dict. consilio vndecimo dixi in dict. colle-

ta ipsa probanda sunt per filium. Ita communiter tenetur, vt dicit Ias. in repet. l. frater à fratre, post num. 44. versic. Secundo limita. ff. de cond. indeb. Corn. consil. 289. colum. final. in littera D. lib. 4. Hanc etiam conclusionem dicit esse communem Ruin. consil. 44. circa fin. lib. 5. Vbiunque enim donatio fit inter personas prohibitas, semper est necessaria probatio meritorum, vt dixi in allegata quæst. 3. versic. Sed hic occurrit. Scias tamen, quod non sufficit subesse aliqua merita, sed requiritur, quod ipsa merita æquiualeant donationi, alias autem donatio ipsa non valet, nisi quatenus capiunt merita, pro residuo vero censetur donatio simplex, vt dixi in eadem quæst. 3. versic. Sed nunquid. Sed pone, quod merita non æquiualeant in totum donationi, excedant tamen dimidium eius, quod donatur, nunquid sufficiet ad hoc, vt merita dicantur æquiualeant donationi? Respondet: Bal. in Auth. ex testamen. colum. 2. versic. Sed contra hoc facit. Codic. de collat. videtur tenere, quod sufficiat, quod merita saltem non sint intra dimidium iustæ mensuræ, argument. l. 2. C. de rescind. vendit. sed in contrarium est communis opin. vt attestatur Socin. consil. 19. num. 9. lib. 1. scilicet, quod hoc non sufficiat, alias enim facile esset facere fraudem legi, si pater faceret aliquam rem magis valoris sibi per filium donari, vt ipse deinde posset illi duplum donare, quod nullo modo est dicendum. Veritas igitur est, quod in hoc, an scilicet merita æquiualeant donationi, vel ne, standum est arbitrio iudicis, vt dixi in d. quæst. 3. versic. Sed quæro. Secundo infertur, quod si pater aliquid donet filio in præmium emancipationis, talis donatio valet, vt traditur in l. vlt. liberis. C. de collat. & ita cōmune concluditur, teste Socin. Et mea communium opin. vbi sup. numero 12. Giach. Si pater libros, vel aliquid aliud filio donauerit ex causa studij, &c. An, & quatenus pater donare filio possit causa studiorum, vltra Clarum hic nostrum, explicant Crocius in d. l. frater à fratre. 38. nu. 87. ff. de condi. indeb. Fernandus Loazes in l. filius familias. 114. §. diui nu. 85. ff. de legat. 1. Socin. in tract. fallent. regul. 103. fallent. 3. Rebuff. in tract. de priuileg. priu. 60. nu. 2. Petrus Duennas in reg. 87. nu. 1. & in regul. 223. in fin. Menoch. d. præsumpt. 29. nu. 86. alijsque per hos recenti. Harprec. f. An filius illos habeat præcipuos, an autem sint cum fratribus conferendi. Quod si filius regulariter sumptus studiorum à patre concessos, itemque libros emptos conferre nō teneatur, probatur per textum vulgatum, & expressum in l. quæ pater. 50. ff. famil. erisc. Idque latius declarat Bartol. in l. 1. §. nec castrense. 15. ff. de collat. bonor. Baldus in l. filia. 18. C. famil. erisc. Iason. in auth. quod locum. C. de collationib. Vlt. in trac. de collationib. quæst. 1. & 18. hocque referens Hartmanus Pistoris lib. 1. quæst. 19. per tot. Eadem de re videantur Ioannes Schneidevvinus ad §. quædam actiones. 20. Inst. de actionib. sub tit. de actione famil. erisc. num. 42. & seqq. Petrus Gregor. Tholoan. lib. 44. Syntag. iur. vniuers. nu. 44. cum seq. Ioan. Garzias in tract. de expens. & meliorat. cap. 4. nu. 6. cum seq. Scharh. ad l. pactum dotale. 3. num. 1. C. de collationib. Lud. Schwartzmaier. lib. 1. miscell. c. 12. Kutter. Ruand. par. 4. de commiss. lib. 5. capit. 14. Trentacinq. lib. 1. resolut. 5. de legit. Quirin. Kubach. cent. 2. quæst. iur. illustr. decur. 1. quæst. 7. Giphani. in antinom. iur. ciu. disput. 1. in coroll. Cuiac. lib. 3. obseruat. 30. Thoming. decis. 32. Arumæus disput. Pandect. 8. th. 15. Cothman. respon. 16. volum. 4. vbi vtramque in partem multas rationes affert. Potro, que pronunciatō nostro ob stare videntur, accurate refutauimus in orationib. nominis, Orat. 24. item in §. alia autem. 2. Inst. de donationib. num. 54. & seqq.

Illud